DE M. TERENTI VARRONIS DE LINGUA LATINA LIBRORUM CODICE FLORENTINO

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ADOLFUS GROTH
SUERINENSIS.

ARGENTORATI
APUD CAROLUM I. TRUEBNER.
MDCCCLXXX.

PRAEFATIO.

M. Terenti Varronis de lingua Latina librorum quae supersunt haud ita paucis codicibus servata ad nostram aetatem pervenerunt, quos omnes*) iamdudum inter viros doctos constat ex uno illo libro defluxisse, qui saeculo XI in Montis Casini monasterio litteris Langobardicis exaratus et deinde Florentiae in bibliotheca Marciana adservatus nunc Florentiae in bibliotheca Laurentiana plutei LI codex X est. Hunc librum, quem nota *F* significabo, anno MDXXI Petrus Victorius cum eo, quo utebatur, editionis principis exemplo contulit, in cuius fine haec leguntur: »Petrus Victorius ac Jacobus Diacetius contulimus cum vetusto codice ex divi Marci bibliotheca literis longobardis exarato, tanta diligentia sive potius morosa observatione, ut vel quae in eo corrupte legebantur, in hunc transtulerimus.«

His verbis confisus Leonh. Spengel Victorii lectiones ubique, perinde ac si ipsius codicis essent, in eam quam ipse paravit Varroniani operis editionem (a. 1826) transtulit. Nec tamen tantam illis fidem habere debebat. Etenim Victorius, qua erant illius saeculi homines in codicibus conferendis socordia, non solum sescenties libri scripturas ab editione principe discrepantes prorsus neglexit, verum etiam saepe codice obiter inspecto vel similes litteras permutavit vel compendia scripturae male intellexit.

*) nisi quod fragmentum quod dicunt Casinense quinti libri de urbe Roma locum continens ex alio vetustiore fonte excerptum videtur. Qua de re conf. Spengel, Ueber die Kritik pag. 481 sq.

Quare non mirum est iam Hieronymum Lagomarsinum, qui anno MDCCXL codicem Florentinum accuratius contulit, et postea alios viros doctos in eam adductos esse sententiam, ut negarent Victorianum illum librum eundem esse ac Laurentianum. Quae quidem opinio cum permultis aliis minutiis certo refutatur, quas a Victorio laudatas in nostro codice reperias, tum rubro aliquo puncto, de quo infra in adnot. ad 533, 14 verba faciam.

Lagomarsinus autem illo quidem diligentius, id quod supra monui, codicis scripturas enotavit, attamen quae passim ex eius collatione Niebuhr et Lachmann rettulerunt, ne ipsa quidem satis accurate ea quae in codice leguntur reddunt.

Itaque viri docti artem criticam in Varronianis libris exercendam omni certo fundamento tam diu carere consentiunt, quam diu nova Florentini codicis collatione destituti simus. Quam quidem ab Henrico Keil confectam possidet Leonh. Spengel (conf. Spengel, Ueber die Kritik p. 432), sed hic vir doctissimus et de Varrone optime meritus novam huius scriptoris editionem, quam per complura iam decennia in scriniis servat, iuris publici facere adhuc noluit.

Quam ob rem ego, cum anno 1877 occasione feliciter oblata per aliquot menses Florentiae morari mihi liceret, auctore et suasore Guilelmo Studemund bis illum codicem quam accuratissime potui cum Spengeliana editione contuli omnesque scripturae discrepantias in exemplo meo enotavi. Hanc autem editionem Muellerianae ideo praetuli, quia contextum Varronianum, qualis antiquitus traditus est, Spengel multo fidelius servavit, cum Mueller et suas et aliorum coniecturas sescentas in ordinem verborum receperit.

Deinde in patriam reversus ad hanc meam collationem ipsum illud editionis principis exemplum a Victorio cum codice collatum adhibui, quod cum nunc in bibliotheca regia Monacensi adservetur, ii qui huic praesunt benignissime mea causa Argentoratum transmiserunt. Atque iam laboris mei fructus in hoc libello ita composui, ut si quae verba editionis Spengelianae cum codice non prorsus concinerent, ad haec ubique ea adscriberem, quae pro iis in codice exstant. Ut autem

oculis statim percipiatur, quidnam mea collatio novi attulerit, omnibus iis lectionibus, quas iam Victorius recte in exemplo Monacensi enotaverat, litteram *V* addidi, eas autem, quas a Victorio prolatas in ipso codice non reperias, his uncinis ( ) inclusas adscripsi. Veluti ad verbum quod exstat in edit. Speng. p. 21 vers. 3 »quaerere« adscripsi »quare *V*« id est: iam Spengel auctore Victorio recte rettulit, pro illo »quaerere« codicem *F* habere »quare«. Contra quod scripsi ad 13, 9

»ἐτυμολογίαν] ethimologian (etymologian *V*)«

id significat Victorium ex codice enotasse »etymologian«, cum re vera ibi scriptum sit »ethimologian«. Praeterea si quid in codice legi ex Victorii silentio concludas propterea quod hic editionis principis scripturam non mutaverit, id his uncinis [ ] significavi ita, ut si consentiret edit. princ. cum codice, litteram [*V*], si discreparet, ipsam editionis princ. scripturam addita *V* littera illis uncinis saeptam adscriberem. Veluti quod habes 12, 4 »eam] ea [*V*]«, id significat pro Spengeliano »eam« in codice esse »ea«, idem autem cum iam in edit. princ. legeretur, Victorium non mutasse. Contra vocabulum »communi«, quod legitur 16, 8, in edit. princ. omissum est, nec Victorius quicquam notavit, ut cum Spengelio crederes illud etiam in codice omissum esse. Attamen illud ibi legitur, nisi quod, sicut saepe, una *m* littera scriptum est. Id ergo significavi hoc modo »16, 8 communi] comuni [*om.* *V*]«. Similiter 30, 5 ubi ego adnotavi »qui prope] *sic F* [quippe *V*]« codex quidem recte praebet »qui prope«, Victorius autem id quod in edit. princ. exstat »quippe« non mutavit itaque Spengel bonam illam lectionem non nisi deterioribus codicibus fulciri opinatus est. Nonnumquam etiam Spengel ipsas Victorii lectiones in editionem suam minus accurate transtulit, cuiusmodi locos asterisco *V* litterae addito signavi. Veluti id quod adnotavi ad 259, 9 »quo] qui *V**« significat bonam lectionem *qui*, quam Spengel ex uno codice Havniensi affert, in Florentino quoque libro inveniri, idque Victorium recte enotasse. Ubi denique variae codicis scripturae nihil adieci, ibi Victorii lectio eadem est atque lemma, i. e. verbum ex contextu Spengeliano exscriptum. Veluti

15, 2 codex praebet *qua*, Victorius autem editionis principis lectionem *quam* non mutavit. Itaque ego nihil nisi »quam] qua« enotavi.

Sed haec hactenus. Iam cum omnia quae ad Florentini libri condicionem atque indolem pertinent, satis dilucide exposuerit Spengel (Ueber die Kritik p. 433 sqq.), illa hic praeterire licet.*) Restat, ut pauca dicam de variis vitiorum generibus, quibus Varronis de ling. Lat. libri adeo scatent, ut vix alterum habeamus veterem auctorem, cuius opera aeque deformata sint. Atque primum id certissimum est, quod iam monuit Spengel (De emend. rat. p. 7), eum qui codicem *F* exaravit, cum archetypum suum fidelissime depingeret, abstinuisse omnino a sanandis sescentis illis verborum monstris, quorum interpolati posterioris temporis codices vix ullum integrum reliquerunt. Rectissime igitur mihi Spengel l. l. sic iudicasse videtur: »Quod si iam Florentinus eam censuram perpessus esset, nemo verum investigando et coniectando reperire posset; nunc vero cum verba misere corrupta a librario cum fide sint depicta, in emendando via et ratione progredi, et quo magis quis ingenio et industria pollet, eo felicius veram auctoris manum restituere licet; quae enim insunt interpolationes, cum explicandi causa vocabulum saepius invita Minerva adderent, casu magis quam consilio ex margine illatas esse dixeris.«

Sed etiamsi librarius quae legere sibi videretur, ea recte describere sedulo studuit, tamen non minus certa ratione demonstrari potest illum permulta quae in archetypo recte scripta essent, non recte expedivisse.

Quisquis enim paulo diligentius hos de lingua Latina libros legerit, mox animadvertet non pauca menda in eos

*) Qui loci in codice Florentino nunc propter atramenti pallorem parum certo legi possint, ut singillatim exponam, a me impetrare non possum, ne nimio taedio lectores enicem. Plura ut legat, ei continget, si cui chemicis medicamentis uti licebit. Sane aliquot locis, qui nunc aut omnino legi non possunt aut difficillime leguntur, recentiora apographa multifariam inter se discrepant, quoniam iam illa aetate, qua haec apographa confecta sunt, scriptura nimis expalluit.

irrepsisse propter certas quasdam litteras saepe inter se commutatas. Unde satis apparet eas in archetypo tam similiter scriptas fuisse, ut librarius facile aliam pro alia legeret. Itaque hoc uberi vitiorum fonte accuratius cognito multos locos emendari posse consentaneum est qui adhuc medicina egeant.

Monuit igitur O. Mueller in editionis a se curatae praefat. p. XXII eiusmodi »literarum commutationes, quae in libris nostris saepissime reperiantur, esse inter *t* et *c*, etiam inter *t* et *l*, inter *c* et *g*, inter *l* et *i* atque *t* et *i*, inter *n* et *u*, inter *m* et *in* vel *iu* atque *nu* et *mi*, inter *ae* et *e*, inter *a* et *u*, inter *ii* et *u*, inter *b* et *u*.« Quo loco Mueller vitia ex eloquio vulgari orta cum vitiis e litterarum similitudine natis commiscuit.

Praeter has quas Mueller protulit etiam aliae litterarum commutationes saepius in his libris occurrunt, quarum nonnulla liceat exempla componere. Atque statim in iis quae sequuntur ubique ad codicis scripturas *inclinatis* litteris notatas adscribam ea quae ipse Varro scripsisse videtur. His traditae lectionis correctionibus, nisi in editionum contextum et a Spengelio et a Muellero pro certis receptae sunt, nomina addam auctorum, ea autem, quae ipse conieci, asterisco notabo. Ceterum non alienum visum est eiusmodi quoque exempla afferre, in quibus ipse librarius errore suo cognito rectam scripturam restituit.

Habes ergo permutatas *i* et *u* litteras e. g. in his locis:

306, 2 *locis*	locus
307, 7 *ibi*	ubi (Spengel)
colludit	collidit (Mueller)
390, 3 *solita*	soluta
447, 6 *albussumus* (corr.)	albissumus

Litteras *a* et *i* in his libris sicut alibi saepe commutatas esse iam monuit C. F. W. Mueller (Zeitschr. f. d. Gymn.-Wesen XIX p. 868). Eius exempla sunt haec:

16, 2 *indigare* (corr.)	indagare
61, 6 *tatiensium*	Titiensium*
77, 1 *ceteras aquas*	ceteris aquis
112, 4 *suilli* (corr.)	suilla

112,	4	*illis*	aliis (O. Mueller)
		hinc	hanc
268,	1	*inquisitionis*	anquisitionis
305,	7	*locas* (corr.)	locis
310,	3	*hostiis*	hostias (Mueller)
348,	2	*astriba*	Astraba
382,	4	*geritur*	geratur (Christ, Philol. XVI 464)
396,	1	*illa*	illi (Aldus)
418,	10	*omnia liberalia*	nomina uirilia
449,	8	*pauperi* (corr.)	paupera
472,	2	*reddat*	reddit (Vertranius)
501,	6	*uocabula*	uocabuli
548,	10	*eas*	eis

Deinde *i* littera saepe commutata est cum *e*, veluti:

44,	1	*cadet*	cadit (Pape)
64,	5	*parere*	parire
68,	4	*testes*	testis
68,	8	*uincere*	uincire
92,	5	*subsidete*	subsidite
110,	5	*similixulas*	semilixulas
120,	3	*minuti* (corr.)	minute
247,	7	*dispondisse*	despondisse
268,	2	*quaestores*	quaestoris
269,	4	*colligam*	collegam
		rogis	roges (Mueller)
319,	6	*hosteae* (corr.)	hostiae
332,	8	*memorari*	memorare
350,	7	*circum*	ceruum
360,	6	*euripeden*	Euripidem
	7	*euripedes*	Euripides
406,	7	*dicitur*	dicetur
412,	1	*accidit*	accedit
424,	1	*iam*	eam (Lachmann)
	2	*iniam*	in eam (Spengel)
431,	4	*auele* (corr.)	auile
	7	*uenet*	uenit
443,	5	*si*	se*

486, 9	*simile*	simili
490, 9	*simili* (corr.)	simile
498, 5	*mares*	maris (Mueller)
528, 6	*legerem*	legi, rem (C. F. W. Mueller)
540, 6	*conficissent*	confecissent
550, 9	*exegi*	exigi
571, 5	*midici*	medici

Inter *i* et *o* habes hasce permutationes:

18, 4	*aretofodinae*	argentifodinae*
77, 2	*comitiis*	Commotiae
429, 6	*sponsiora*	spinosiora
464, 5	*dioros*	Dioris
533, 14	*sacrifici*	sacrifico
542, 7	*firma*	forma
571, 5	*aegrotos*	aegrotis

Litterae *e* et *o* his locis commutatae sunt:

24, 6	*agrosium*	agrestem (Stuenkel)
91, 2	*graeco* (corr.)	graece
94, 2	*cornu uo*	cornuue (Mueller)
103, 4	*corui*	gerui
113, 4	*iuro*	iure
117, 4	*colerent*	colore ut (Lachmann)
321, 2	*polio*	Pelio
337, 9	*stipateres*	stipatores
339, 2	*cemetria*	Commotria (Turnebus)
352, 5	*federe*	fodere (Mueller)
370, 5	*promis*	premis
377, 4	*est stare*	fossari (Mueller)
435, 8	*uenerunt de*	uenor unde
562, 9	*logo*	lego

In distinguendis *e*, *ae* (id est *ę*), *oe* litteris Florentino codici omnino nulla fides tribuenda est, quam ob rem plerumque supervacuum habui varias lectiones huc spectantes in hoc libello enotare. Verbi causa legitur 20, 5 *caepit* pro *coepit;* 20, 8 *egrotamus* pro *aegrotamus;* 22, 6 *compraehensa* (sic fere ubique); 24, 1 *que* pro *quae;* 28, 1 *querere;* 31, 4 *Greci* (sic constanter); 34, 4 *a Preneste Praenestinus;* multa similia.

Saepissime etiam hae litterae (*e* et *ae*) commutatae sunt cum *a*, cuius rei haec habeo exempla:

20, 8	*fecit*	facit
21, 3	*quare*	quaerere
26, 5	*natura*	naturae
52, 7	*quaetriceps*	quarticeps (Mueller)
57, 5	*uiminata*	uimineta (Vulg.)
90, 7	*peregra* (corr.)	peregre
123, 3	*rutundae factae* (corr.)	rutunda facta
239, 9	*ducare*	ducere
246, 2	*ceterae*	cetera
250, 8	*cauari*	caueri
287, 6	*auspicendo*	auspicando*
303, 8	*terra* (corr.)	terrae
320, 8	*appellata* (corr.)	appellatae
380, 10	*facere*	fecere
412, 4	*tunica*	tunicae
424, 5	*quidem*	quidam
430, 11	*tibura*	Tibure
443, 4	*melicerte*	Melicerta
481, 4	*tempore*	tempora.
493, 3	*quaternos*	quae ternos
495, 13	*metelle*	Metella
496, 6	*apta*	apte
497, 3	*discrimine*	discrimina
507, 10	*scalem* (corr.)	scalam
522, 2	*miliaria*	miliariae
551, 2	*conferetur*	conferatur
557, 4	*genere*	genera

Praeter has similesque litterarum sonorumve permutationes non pauca menda ideo in codicem nostrum irrepsisse videntur, quod librarius notas sollemnes, quibus archetypum abundasse Mueller satis comprobavit, male intellexit. Quod vitiorum genus cum iam Mueller (p. XXII sqq.) diligenter perlustraverit, unum habeo quod addam: in fine verborum non solum *m* litteram, verum etiam alias terminationes, inprimis *s, t, nt, tur, ntur* totiens in nostro codice aut omissas

aut perperam additas aut inter se permutatas esse, ut veri sit simillimum eas in archetypo per compendia scriptas fuisse. Non necessarium videtur de *m* littera testimonia afferre; reliquorum, quae posui, haec habeo exempla:

278, 2	*tri*	tris
322, 9	*quo*	quos
343, 8	*gladios*	glandio
359, 2	*transuersum*	transuersus
368, 1	*proximo libro*	proximis libris (Wilmanns p. 30)
401, 15	*ea*	eas
410, 5	*obscurum*	obscurus
	longi	longus
413, 6	*usus*	usu
440, 9	*patricos*	patrico
467, 1	*rationes*	ratione
474, 8	*suis*	sui
480, 5	*ea*	eas
490, 1	*qui*	quis
522, 4	*minores*	minorem
583, 9	*accium* (corr.)	Accius
586, 10	*omnem*	omnes
23, 3	*fuerint*	fuerit
28, 9	*continent* (corr.)	continet
44, 5	*ambitent* (corr.)	ambit et
90, 6	*attemptasset*	attemptassent
97, 9	*esse*	esset (Vulg.)
99, 1	*parabantur* (corr.)	parabant
123, 2	*erant*	erat
272, 5	*lustraret*	lustrare (Gronov.)
274, 2	*fiebat*	fiebant
282, 5	*posuissent*	posuisset
293, 4	*sit*	sint
354, 8	*axet* (corr.)	axem
376, 2	*ferret*	ferre
384, 2	*facias*	faciat
386, 8	*sit*	sint
388, 2	*rescripserint*	rescripserim

388, 3	*reliquerint*	reliquerim
401, 7	*scribi*	scribit
415, 1	*essent*	esset
426, 4	*habet* (corr.)	habent
431, 8	*esset* (corr.)	essent
435, 10	*habentur*	habent
438, 5	*essent*	esset
439, 3	*essent*	esse
6	*dicat*	dicant
440, 5	*essent*	esset
10	*dicuntur*	dicatur
443, 5	*solueret*	soluere*
449, 10	*esse*	essent
458, 1	*iubet*	iubent
459, 13	*possit*	possint
461, 9	*erat*	errant
469, 1	*restituantur*	restituatur
478, 5	*uidet*	uident
483, 1	*designentur*	designetur
484, 10	*significat* (corr.)	significant
487, 2	*uideant* (corr.)	uideantur
504, 8	*habet*	habent
507, 4	*scaterent*	scateret
527, 13	*possit*	possint
532, 3	*discrepant*	discrepat
534, 8	*mendunt* (corr.)	mendum
535, 1	*lauant*	lauat*
3	*laua*	lauat
542, 6	*absoluerim*	absoluerit
544, 8	*continent*	continentur
549, 2	*esset*	essent
561, 2	*ignorent*	ignores (Aldus)
565, 9	*uocantur*	uocatur
576, 6	*proficiscantur*	proficiscatur
578, 7	*possint*	possit (Mueller)
581, 14	*subiungatur*	subiungantur

Satis constat antiquissimum illum codicem, ex quo noster defluxit, ita exaratum fuisse, ut litterae in initio et fine vocabulorum quam minimis spatiis disiunctae essent (conf. Mueller p. XXII). Itaque veri non dissimile est notas illas sollemnes, de quibus modo scripsi, interdum etiam in mediis verbis adhibitas fuisse. Quam ob rem eaedem litterae, quas in fine vocabulorum tam foede vitiatas esse vidimus, nonnunquam, dummodo praecedant vocales, idem perpessae sunt in medio verbo vel etiam in ipso initio verbi. Quod quidem concludi potest ex hisce exemplis:

53, 1	*cerionia*	cerimonia (Becker; cf. Spengel, Philol. XXXII 98)
66, 6	*exius*	exitus
272, 1	*illicitum* (corr.)	illicium
307, 2	*piplae id est*	Pimpleiades
339, 2	*cemetria*	Commotria (Ribbeck)
400, 3	*dum cenatur* (corr.)	duce natura
414, 3	*sibellum*	simpulum*
435, 1	*teporis*	temporis

Litteram *s* eo compendio notatam fuisse, quod cum *i* coniunctum figuram effecerit litterae *e* simillimam, hisce ostenditur permutationibus:

31, 3	*cum ·is·*	cum E*
77, 2	*comitiis*	Commotiae
114, 3	*suere*	sueris*
336, 8	*tabulis*	tabulae*
345, 4	*schenicolis*	schoenicolae
426, 1	*decretis*	discretis (Augustin.)
458, 12	*copulae* (corr.)	copulis
545, 13	*simile* (corr.)	similis
565, 9	*proportione*	proportionis (Wilmanns)

Pauca supersunt quae addam de collationis meae modo et ratione. Atque primum omnes scripturae discrepantias in hoc libello ita enotavi, ut siqua novanda viderentur in eo contextu Varroniano, quem Spengeliana editio exhibet, verba restituenda **crassioribus** litteris distinguerem. Veluti quod scripsi ad 51, 8 »mortem] **obitum**« id significat mihi pro

vocabulo *mortem*, quod in editione Spengeliana legitur, codicis lectionem *obitum* in ipso verborum Varronianorum contextu restituendam videri.

Orthographica quoque ex *F* omnia accurate exscripsi nec fere tacui, nisi istas *e*, *ae*, *oe* litterarum commutationes, de quibus supra dictum est, praeterea autem haec quae tam constanter in codice scripta sunt, ut hoc loco ea congesta sub uno aspectu ponere commodius visum sit: Constanter igitur in *F* scribuntur *quattuor* et *litterae* et reliqui huius vocabuli casus (nisi quod 14, 5 scriptum est *literis*). Deinde *quom*, *quoius*, similes formae, quas recentiores codices saepissime restituerunt, in *F* non leguntur nisi aliquotiens in posterioribus libris. Habes enim 423, 12 *quoius*; 442, 5 *quor*[cur]; 443, 8 *quom*[con]; 444, 8 *quor*[cur]; 487, 3 *quoius*; 545, 11 *quoius*.

In adnotatione adscripsi omnes eas virorum doctorum coniecturas, quibus nova quam institui collatione codicis plus minusve probabilitatis accedere videretur. Itaque sescenties Odofredi Muelleri nomen ibi invenies, qui mira sagacitate saepissime eas scripturas e deterioribus libris depromptas in ordinem reposuit, quas ego in communi illorum fonte repperi.

Nonnunquam ipse conatus sum corrupto alicui loco medicinam adhibere. Quarum tamen coniecturarum si unam modo aut alteram viris doctis probavero, satis habebo. Nam ii sunt hi libri Varroniani, in quibus emendandis etiam doctissimi viri multifariam erraverint.

Libros et commentationes, quibus in hoc opusculo conscribendo praeter Spengelii et Muelleri editiones praecipue usus sum, hic posui:

L. Spengel, Emendationum Varronianarum specimen I. Monachii 1830,

idem, Ueber die Kritik der Varronischen Bücher de lingua Latina (in Actis Academiae Reg. Bavar. class. philos.-philolog. vol. VII 1855, p. 431—482),

idem, Commentatio de emendanda ratione librorum M. Terenti Varronis de lingua Latina. Monachii 1858,

idem in Philologo Gottingensi XVII p. 288—306; XXXII p. 92—105.

W. Pape in »Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft« I 1834, p. 211—228.

W. Christ in Philol. Gott. XVI p. 450—464; XVII p. 59—63.

C. F. W. Mueller in »Zeitschrift für das Gymnasialwesen« XIX p. 421—424; 792—800; 867—874.

Aug. Wilmanns, De M. Terenti Varronis libris grammaticis. Berol. 1864.

H. Kettner, Kritische Bemerkungen zu Varro. Halle 1868.

Lud. Stuenkel, De Varroniana verborum formatione. Argentorati 1875.

Aug. Mueller, De priscis verborum formis Varronianis. Halis Saxonum 1877.

Reliquos libros, quos passim adhibui, suo quemque loco laudavi.

VARIETAS LECTIONIS.

pag. 3 M · TERENTI UARRONIS · DELINGUA LATINA · DE DISCIPLINA ORIGINVM · VERBORVM · AD CICERONEM LIBER · IIII · EXPLICIT · INC · LIB · V · ‖ 12, 4 ἐτυμολογικήν] ethimologicen [1]) (etymologicen *V*) ‖ eam] ea [*V*] ‖ 13, 1 quom unius] cui unius [*V**] ‖ 3 quom quaeritur] cum sequitur [*V*] ‖ ostenditur] hostenditur ‖ 4 pertendendo] pertendo [*V*] ‖ 5 quom] cum [2]) [*V*] ‖ 9 ἐτυμολογίαν] ethimologiam (etymologian *V*) ‖ περὶ σημαινομένων] *ΠΕΡChΜΑΙΝΟΜΕΝΟΝ V* ‖ 14, 1 exilius] *corr. ex* exillius, *ut vid.* [ex illis *V**] ‖ obscuriora] *corr. ex* oscuriora ‖ 2 extat] **exstat** ‖ 15, 1 impos] ineos [3]) ‖ 2 quam] qua ‖ impotem] impotentem [*V*] ‖ 3 pos, quam] postquam [*V*] ‖ impos] in pos [3]) ‖ pos] *corr. ex* pons ‖ 16, 1 fugitiua] *corr.*[4]) *ex* fugiua [5]) ‖ 2 indagare] *corr.*[4]) *ex* indigare ‖ 3 si quivero] *corr.*[4]) *ex* siqui ero [6]) ‖ mediocreis] me-

---

[1]) De vocabulorum graecorum apud Varronem forma cf. O. Mueller pag. XXXIX, Stuenkel l. l. p. 5, Aug. Mueller l. l. p. 32 sqq. ‖ [2]) sic constanter in codice scriptum est, quod non amplius enotabo ‖ [3]) his litteris subesse videtur *inpos*, quae quidem forma alibi in codice *F* non legitur ‖ [4]) litterae *ti*, *a*, *v* a posteriore manu videntur superscriptae esse, quamquam suo iure Spengel (Ueber die Kritik, p. 434) haec tradit: »Von späterer Hand ist der Text unberührt geblieben, und selbst die wenigen Aenderungen und übergeschriebenen Buchstaben, bei denen man zweifeln kann, ob sie vom Schreiber oder von zweiter Hand herrühren, sind vielleicht alle von erster Hand« ‖ [5]) inter *fugitiua* et *secuta* nulla interpunctio exstat; fortasse legendum est: *illa, quae iam maioribus nostris ademit* **obliuio, fugitiua saecula** ‖ [6]) legendum est **si quiero** Rectissime enim Spengel (Emendat. Varron. spec. I p. 5) Varronem verborum, ubi fieri possit, brevissimam et contractam formam praebere docet idque tot comprobari locis, ut paucissimi qui

diocris || 16, 6 obiecta] oblecta, *ut vid.* || 7 et veterum] **ac ueterum**[7] || 8 communi] comuni[8]) [*om.* *V*] || literarum] **litterarum**[9]) *corr. ex* literarum || 9 commutatio] *sic* *F* [conmutatio *V*] || 17, 1 se scrutari] scrutari || 4 adtractionem] tractationem[10]) || 5 syllabarum] sillabarum || 7 commonendum] **ammonendum** || 18, 2 quatuor] **quattuor**[11]) || 3 primus] **infimus**[12]) || etiam populus] populus etiam || 4 aurifodinae] aretofodinae[13]) || 5 escendit] descendit [*V*] || 19, 2 Pacuvi] pacui[14]), *ut vid.* [parui *V*] || 5 incurvicervicum] inceruiceruicum *V* || 20, 2 clamyde] clamide || brachium] bacchium[15]) || 3 escendens] **ascendens**[16]) [*V*] || 6 aditus] aditum[17]) *corr. ex* aditus || 8 facit]

---

obstent ad illorum normam mutandi sint. Similiter H. Kettner l. l. p. 1 sq. Eiusmodi autem formas non contractas in codice *F* has tantum inveni: 263, 1 *auspicauerit* in loco ex tabulis censoriis excerpto et 549, 8 *uitauerunt*, praeterea 397, 5 *imposiuerunt*, qua de forma conf. not. ad 97, 5. Victorius 237, 5 in loco nunc cum secundo quaternione perdito formam *nouissent* in editione principe scriptam non mutavit. Iis autem, quos Spengel l. l. citavit, locis codex recte exhibet 285, 6 *nequierit* et 507, 1 *consuerunt* || 7) sic scripsit recentiores codices secutus O. Mueller suadente iam Spengelio (p. 662) || 8) in codice Florentino *comunis* etc. constanter (numeravi 22 locos) scribitur per unam *m* litteram; semel (20, 4) *communi* scriptum est || 9) sic constanter *F*, nisi quod 14, 5 *literis* scriptum est || 10) scribendum videtur vel *translationem* vel *transiectionem*. Utrumque vocabulum significat metathesin, de qua una ni fallor hic cogitari potest. *translatio*, quod vocabulum ad traditam lectionem paulo propius accedit, legitur apud Diom. II p. 442, 31 et apud Donat. III p. 397, 2; *transiectio* occurrit apud Cornificium IV 21, 29 || 11) sic constanter || 12) restituit Mueller suadente Spengelio (p. 662) || 13) *cretifodinae* coni. Turnebus probavitque Spengel (p. 662), *arenifodinae* scripsit Mueller. Mihi autem paulo probabilius videtur esse **argentifodinae.** Conf. 504, 1 ubi per similem errorem librarius *aceto* pro *argento* scripsit; 437, 6 *ubi fodiatur argentum, argentifodinas dici;* Varr. R. R. I 2, 22 || 14) hoc nomen in codice constanter (nisi quod 27, 5 et 342, 3 exstat *Pacuuius*) una *u* littera scriptum est, id quod Victorius nusquam notavit. Habes ergo: *Pacuius* 66, 2; 273, 3; 304, 8; 356, 4. *Pacui* praeter hunc locum 307, 9. *Pacuium* 364, 4; 365, 5; 368, 3; 378, 2. Varroni hanc scripturam vindicavit Lachmann in Lucr. V 679 p. 306. Conf. etiam Aug. Mueller l. l. p. 18 || 15) scribendum est **bracchium** || 16) sic O. Mueller || 17) fortasse cum Scioppio **adytum** *et initia regis* legendum est

fecit [*V*] || 20, 11 ad Aristophanis] *corr. ex* adristophanes *man. sec., ut vid.* || Cleanthis] cleantis [*V*] || 21, 2 sint ficta] *sic F* [significant *V*] || 3 quaerere] quare *V* || 7 rege] *om. in contextu, sed in marg. add. man. pr.* || 8 Liuio] *sic corr., ut vid., ex* Libio || 9 tripartita] **tripertita**[18] || 22, 9 diem et noctem] *corr. ex* noctem et diem [noctem et diem *V**] || 12 quadripartitio] **quadripertitio** || 23, 2 quadripartita] **quadripertita** || 3 fuerit] fuerint [*V*] || enim] animi [*V*] || 5 ubi is] *corr. ex* ubi his || 7 quod] *corr. ex* quot, *ut vid.* || 8 horum enim] enim horum || 24, 1 quis ... locis] quis locis *V* || 5 prodiere] **prodierunt**[19] || 6 agrosum] agrosium[20] *V* || agricolam] *corr. ex* agrigolam, *ut vid.* || 25, 2 conlocatum] **collocatum** [*V**] || 5 quoiquam] cuiquam [*V*] || 8 moero] muro (*ut vid.*) [*V*] || 9 quidquam] quidque *V* || 26, 1 consistit] constitit || 2 pretium[21]] *sic F* [precium *V*] || inde locarium] inlocarium *V* || 5 naturae] natura *V* || 6 caelum et terra] terra et | caelum[22] [*V**] || 27, 2 in qua etiam] in quo etiam *V* || 4 dicitur duobus modis] *om. F* [*V*] || 5 dicit quom demonstrat] **cum demonstrat dicit**[23] [*V**] || 11 bipartita] **bipertita** || 12 unius] unum *V* || 28, 2 caelatum] celatum (coelatum *V*) || 3 a contrario] **contrario**[24] *V* || 6 potuit] ab eo[25] potuit || 8 cavum]

---

18) sic constanter huiusmodi vocabula scripta sunt || 19) recte docet Spengel (Ueber die Kritik, p. 477): »Die Form des Perf. auf *ere* hat Victorius einige Male aus *F* eigens statt *erunt* angeführt, doch nur irrthümlich, die Sigle ist *erunt,* nicht *ere.*« Eadem enim, quae in his formis exstat, nota sollemni librarius usus est in exarandis verbis 383, 5 *iurarunt;* 408, 6 *uocarunt;* 535, 14 *asserunt.* Uno loco 554, 5 perscriptum est *reliquere*, sed hunc corruptum esse iam diu constat || 20) restituendum esse **agrestem** bene perspexit Lud. Stuenkel l. l. p. 50 || 21) monendum est *ti* litteras sequente vocali in *F* proprio quodam compendio scripturae notari, quod fere nusquam cum *ci* commutatum est. Victorius tamen admodum ea confudit. Itaque *F* e. g. hasce praebet formas: 47, 5 *translaticio;* 51, 8 *suspicione;* 58, 6 *mucialis;* 89, 9 *fetiales;* 271, 7 *contio;* 572, 2 *pronuntiare;* 579, 6 *inpositiciis.* Perperam scriptum est 394, 4 *impositiia* in loco satis corrupto || 22) lineola illa significat particula *et* in codice versum terminari || 23) sic iam Mueller haec verba collocavit suadente Spengelio (p. 663) || 24) restituit Mueller || 25) fortasse haec verba restituenda, ea autem quae praecedunt *de celando* ut glossema delenda sunt

chouum (choum *V*) || 28, 9 continet] *corr. ex* continent || 10 Andromeda] androma, *deinde lacuna unius litterae* [Andromacha *V*] || nocti : quae] noctique [*V*] || 29, 3 Agamemnon] **agamemno**[26]) || 4 clupeo] clipeo [*V*] || 5 clupeum] clipeum [*V*] || cavationem] ua . . tionem, *inter* ua *et* tionem *duae fere litterae deletae esse videntur* [nationem *V*] || 30, 1 cavum] cauium || sit ortum] sic ortum || 2 Hesiodum] esiodum || 4 itaque terra] ·itaque **tera** || 5 communis] comunis || qui prope] *sic F* [quippe *V*] || 6 territorium] teritorium || 8 in messe] in **messi** || 31, 1 quo teritur] **qui**[27]) teritur [quod teritur *V*] || 2 parteis] partis || iter] item[28]) || 3 cum his] cum ·is·[29]) || Latio] latino *corr. ex* latio, *ut vid.* || 5 pote vel illinc] *ποτε νεℌlℌνc·*[30]) || in Palatium venit] **uenit in palatium** [*V* *] || 6 via si quidem] uias quidem *V* || 32, 2 ambitus est] ambituster[31]), *ut vid.* || 3 XII] duodecim [*V* *] || 5 tera terra] *corr. ex* terra terra, *ut vid.* || 33, 2 sit obrutus] **obrutus**[32]) || quod Romanus] quiromanus[33]) || 3 sepulcrum] sepulchrum || 5 humo] homo [*V* *] || opertus] **opertum** || 6 quoad] **quod**[34]) [*V*] || 7 humum .... ut] humum ut [*V*] || 34, 1 declinata] **declinato**[35]) [*V*] || Appulia] apuli *corr. ex* apulia [Apulia *V* *] || 2 Tusci] tuscia [*V*] || 8 Romulo] romo *V* || Gabiis] **gabis**[36]) *V* || 35, 2 a pro-

---

26) conf. Aug. Mueller l. l. p. 33 || 27) sic Mueller || 28) collatis iis, quae Varro p. 30 de origine vocabuli *territorium* protulit, dubito annon hic scribendum sit: *quod eae partes* **prope iter** *limitare* **item** *maxime teruntur* || 29) *is* fortasse, sicut saepe, pro e scriptum est (conf. praefat.) itaque etiam vocabulum *termen* servari potest nec necessarium est, cum Spengelio (Ueber d. Kritik p. 466) scribere: *hoc cum I... dicitur, ... non terminus, sed terimen* || 30) Spengel, De emend. rat. p. 7 haec ex libro maioribus litteris exarato descripta esse suspicatur. Putavit enim, ni fallor, librarius his litteris Graeca verba subesse, quam ob rem etiam in margine *gr* adscripsit, quo signo constanter verba Graecis litteris exarata notavit || 31) an latet in *ter* litteris substantivum *iter* vel genuinum vel ex glossemate natum? || 32) verbum *sit* iam Mueller (p. 271) delevit || 33) fortasse scribendum est *ab eo,* **si** *qui Romanus combustus* **et** *in sepulcrum eius abiecta gleba non est* || 34) hanc formam ex *quoad* contractam Varroni tribuendam esse probavit Kettner l. l. p. 11 || 35) sic Mueller || 36) *Gabis* recepit Mueller, Varronem haec et similia »ex vulgari sermone contractionis amantissimo« retinuisse docens. Cuius contractionis praeter ea quae ipse

grediendo] *corr. ex* progrediendo ‖ 35, 6 incertus is ager] **incertus is**[37]) ‖ 36, 1 alii quod] aliquod *V* ‖ 2 ἀγρόν] ·*ΑΓΡΟ*· ‖ 5 CXX] centum uiginti, *item paulo post* ‖ 7 XII] duodecim ‖ actum] *sic corrrectum ex* actus, *ut videtur* ‖ 37, 1 primo a] prima [*V*] ‖ 2 tribus] tribus actibus [*V*] ‖ 3 vehebant] uehebant actus (uehebantur actus *V*) ‖ 4 quo fructus] quod fructus [*V*] ‖ convehebantur] **conuehebant**[38]) ‖ 5 ab itu] ab habitu *V*] ‖ 7 eo quod] *om. F V* ‖ 9 proxima] proxuma ‖ superiora] superiora **loca**[39]) [*V* *] ‖ 38, 3 νομάς] *NhMh*[40]) ‖ 4 pecudum] pecodum ‖ 9 sementes] **sementem**[41]) *V* ‖ 11 ab spe] **a** spe[42]) ‖ 39, 1 summum] sumum ‖ 5 sit, fiat ara] **sit, fit ara**[43]) ‖ ipso area] **ipsa**[44]) area [*V* *] ‖ 9 sulcus] sulcos[45]) ‖ 11 opera] **opere**[46]) [*V*] ‖ 40, 1 rursum] rursum | rursum ‖ 3 rura] rura (i *supra* u) ‖ 6 septem montium] *sic F*[47]) [*V*] ‖ 9 imbresque **imbremque**[48]) ‖ 41, 2 exhalabat] exalat [exhalat *V*] ‖ 4 *ad*

Mueller laudavit, haec habeo exempla: 54, 3 *regis* (pro *regiis* positum, conf. Spengel, Philol. XXXII p. 100) et 101, 1 *hostis* pro *hostiis*. Ceterum conf. Neue, Formenlehre I² p. 120 et Aug. Mueller, p. 31 sq ‖ [37]) *ager* delendum esse vidit iam Spengel (p. 664) ‖ [38]) sic Lachmann (Rh. Mus. N. F. II p. 359) ‖ [39]) vocabulum *loca*, quod Mueller restituit, apud Spengelium non nisi typographi mendo intercidisse videtur ‖ [40]) νέμη recte scripsit Lachm. l. l. p. 360 ‖ [41]) sic Mueller ‖ [42]) quotiens in codice Florentino ante litteras consonantes forma *ab*, quotiens *a* inveniatur, ex hoc indiculo licet videre:

	d	l	n	r	t	th	tr	j
ab	15	30	9	23	12	1	3	3
a	7	12	13	6	13	0	4	2

	s	sc	sch	scr	sp	st	str
ab	45	2	1	0	0	0	2
a	21	2	0	1	5	2	1

Praeterea singula exempla exstant formae *ab* ante *b*, *c*, *g*, *m*, *q* litteras positae: 78, 3 *ab bello* 106, 2 *ab malache* 122, 1 *ab galero* 371, 2 *ab quo* 402, 5 *ab capite*. Forma *abs* (de qua conf. Mueller ad V 30) in codice nusquam legitur nisi quod habes 347, 4 *abs te* in versu Acciano ‖ [43]) sic Mueller ‖ [44]) sic Lachm. l. l. p. 362 ‖ [45]) fortasse restituendum est, quamquam statim sequitur nominativus *porca*. conf. Mueller ad V 37 ‖ [46]) sic Mueller ‖ [47]) de foliorum transpositione conf. O. Mueller p. 17 sq. et A. Wilmanns l. l. p. 29 ‖ [48]) sic O. Mueller, item Luc.

sudor *est verbum vix legibile in margine prima manu adscriptum:* cudorissi, *ut vid.*[49]) || 41, 5 sumi pote] summipote [*V* *] || Aeoles] eolis[50]) || 6 *ποταμόν*] potamon || *φρέαρ*] *Φρε V* || 42, 4 puticoli] puticuli [*V*] || 8 putiluculos] cuticulos *V* || 9 perpetuo] perpetuos[51]) || 43, 2 *στεγνόν*] quod ·*II*· *STEΓNON*[52]) || 3 quod habet] quod nomen habet [*V*] || rotunda stagna] rutundas[53]) stagna [*V*] || 4 rotundum] **rutundum** [*V*] || 6 scribitur] scribitur scribitur || 7 fluminaque] flumina quae *V* || ita fluant] fluant ita[54]) *corr. ex* ita fluant, *ut vid.* || 9 interest] inter || 44, 1 cadat] cadet[55]) || 3 Aternum] alterunum [*V*] || 4 circum it] circum id *V* || 5 ambit, et] ambitet *corr. ex* ambitent, *ut vid.* || facit] *prima manu in rasura scriptum* || 6 ambiat] **ambit**[56]) || 8 amneis] amnis || 45, 3 exfluit in] *corr. ex* exfluit influit in || 5 nihil] nichil || at quod] ad quod [*V*] || 7 tiberinus] *corr. ex* tiberinum || 9 nam suum] nam **et** suum [*V* *] || 46, 2 Veientum] uenientum [uehientum *V*] || dixerunt] **dixerint**[57]) [*V* *] || appellatum] appellatam || Thebrim] **primo**[58]) thebrim (primo Thebris *V*) || 4 tradiderunt] **tradiderint** || 6 sepulcrum] sepulchrum [*V*] || 10 a nympha]

Mueller in editione Lucilii III 36 || 49) conf. Spengel Ueb. d. Krit. p. 432 || 50) **Aeolis** edidit Mueller. Conf. Lachm. in Lucr. V 85 p. 280 || 51) scribendum est **per puteos** || 52) **quod ii** *στεγνόν* scripsit Lachm. in Lucr. II 402 p. 96 || 53) idem compluribus exemplis ostendit Varronem nonnunquam *rutundus* pro *rotundus* scripsisse: legendum ergo **rutunda** *stagna*. Item praebet *F* in proximo versu *rutundum* et 123, 3 *rutunda* || 54) sic edidit Mueller. Sed recte, ni fallor, Th. Bergk (Prooem. aest. Halens. 1863 p. V sq.) in his verbis offendit, quod »hominem diligentem et verborum origines explicantem non decebat tam perverso ordine uti«. Quam ob rem Varronem scripsisse suspicatur vel *Stillicidia fluminaque ut cadant ita fluantque* vel etiam *Stillicidia fluminaque uti nunc cadunt fluuntque ita cadant fluantque* || 55) **cadit** scribendum esse perspexit W. Pape l. l. p. 217 || 56) sic Mueller || 57) recte iam C. F. W. Mueller l. l. p. 871 sq. suspicatus est Varronem non secus atque ceteros bonos auctores verba *sunt qui* cum coniunctivo modo coniunxisse. Noster quidem codex habet etiam paulo post: *sunt qui tradiderint*, praeterea 83, 4 *sunt animalia quae exeant* et 546, 6 *sunt qui putent*. Contra 89, 6 *sunt qui dixerunt*, 331, 3 *sunt in quibus .... latent* || 58) hoc verbum reponendum esse iam Mueller p. 272 censuit

ab nymphа || 47, 2 Agenoris filia] **agenoris**[59]) || Phoenice] fenice || Mallius] **manlius,** *ut vid.*[60]) || 4 Pythagoras] pytagoras || fecit] *om. F* || 5 translatitio] **translaticio** *V* * || 6 hominibus.... Nominatum] hominibus. Nominatum[61]) *V* || 9 aedis Iouis] *sic F*[62]) [*V*] || 48, 1 hic mons ante] hinc mons · ante || 2 Sabinis] sauinis || 6 Saturniam terram] saturnam terram || 49, 1 Tiberi] tyberi || 2 ibi] *om. F V* || 3 commune] comune || 4 puto ab] puto **quod**[63]) ab *V* || 50, 1 escendebant] *sic F* [ascendebant *V*] || **ad** rumam] **ad** fimam[64]) || 2 larum] labrum [*V*] || 8 XX] uiginti || partes] partis || urbis sint] urbi sunt[65]) || 51, 1 Hercule] ercule || 2 venere] **uenerunt** || 3 est scripta] **scripta est** || Suburana] subura *corr. ex* suburbana [Suburbana *V*] || Exquilina] **esquilina**[66]) || 4 Suburanae] suburbanae [*V*] || 5 Caelio] cele[67]) || 7) post] *corr. ex* potest || 8 mortem] **obitum** [*V* *] || 52, 1 Caelianis] celianis *V* || 3 Caeliolus] celio-

---

59) vocabulum *filia* delevit Mueller || 60) conf. Theodorus Mommsen in Mus. Rhen. XVI p. 284 sqq. || 61) Totus qui hinc sequitur de urbe Roma locus a viris doctis multifariam tractatus coniecturisque castigatus est. Copiosissime de eo egit H. Iordan (Topographie der Stadt Rom im Alterthum. II. Berlin 1871, p. 237—290) et praeterea totum locum integra codicis *F* quem ipse contulerat lectione adiecta exscripsit (p. 599—603). Cuius argumentationes magnam partem refutavit Spengel (Philol. XXXII p. 92—105) || 62) Iordan l. l. p. 599 ex *F* affert »*edis* ł (*id est* »*uel*«) *iouis*« adnotatque »an *Veiovis* kann nicht gedacht werden«. Minime quidem, nam particula *uel* in codice nostro constanter per *ul* notatur, neque istud ł quicquam aliud est nisi virgula / alieno loco, ut fit, posita et postea deleta. Re vera igitur in codice exstat *aedis iouis, caput* correctum ex *aedis, iouis caput* || 63) restituit Mueller || 64) *ad infumam* scripsit Mueller, iam videtur legendum esse *ad* **infimam** || 65) **urbis sunt** Mueller || 66) Th. Mommsen in Actis Academiae Berolinensis a. 1868 p. 172 ostendit de vera huius nominis scriptura dubitari non posse, cum inscriptiones in ipsa tribus nota *s* solum admittant. Atque iam W. A. Becker (Zeitschr. f. d. Alterth.-Wiss. 1845 p. 992) in *F* nusquam *Exquiliae*, sed constanter *Esquiliae* legi monuit. Itaque scriptum est 55, 1 *esquiliae;* 62, 2 *esquilina;* 56, 1 et 3 *esquilinum;* 54, 2 *esquilinae;* 56, 3 *esquilinis*. Unus locus obstat: 42, 7 *exquilias* || 67) scribendum est cum fragm. Casin. **a Caele Vibenna,** item paulo post leni correctura *celii* in **Caelis** mutandum, quod iam Iordan voluit. Conf. Spengel, Ueber die Kritik p. 477. O. Mueller, Die Etrusker I² (ed. Deecke) p. 110 sq., adn. 125 et 128

lum[68]) || 52, 3 cum Caelio coniunctum] cum celion coniunctum[69]) || 4 Caroliensem] ceroniensem *V* || 7 quatriceps] quae triceps *V* || 9 Ceroliensis] cerulensis *V* * || carinarum] carinaerum, *littera ę* (*id est* ae) *in rasura scripta est* || 53, 2 arcem] arce [*V*] || 6 attributa] **adtributa**[70]) || 10 ei loco] et loco [*V*] || 11 ego a] *om. F* || 54, 1 *post* scribitur *lacuna trium fere litterarum*[71]) || 2 Exquiliae] esquilinae [exquilinae *V*] || 3 scripsere] **scripserunt** || 4 Tullio] *sic F* [Tullo *V*] || 5 lucus] lacus *V* || facutalis] **dicitur**[72]) facutalis || 6 sacellum] *corr. ex* si sacellum, *ut vid.* || 55, 1 nunc est] unae[73]) est || Exquiliae] **esquiliae** || 4 est sic] **sic est**[74]) || 5 exquilisovis] quilisouis *V* * || lucum] lacum *V* || facutalem] facultalem *V* || 6 sub] **secundum**[75]) || moerum] merum[76]) [*V* *] || 7 Oppius mons bicepsos simplex] *om. F*[77]) [*V*] || 56, 1 lucum] lacum *V* || exquilinum] **esquilinum** || 3 lucum] lacum *V* || exquilinum] **esquilinum** || 4 figulinis] **figlinis**[78]) *V* * || 5 lucum] lacum *V* || 6 exquilinus] **esquilinis** (exquilinis *V*) || 57, 4 Viminalis] uiminales *V* || 5 vimina] uiminata[79]) [uiminia nata *V* *] || collis] colles || 6 Curetibus] **quiritibus**[80]) [*V*] || 7 Romam] ab roma[81]) *V* || 58, 1 colles plureis] collis pluris || 6 dei fidi] de i de fidi *V* * || 9 collis Latiaris] colles latiores

---

